Aly̋ sūt qui nō lucent sed fetent sic̄ ignis cā
⁊ intra ꝟtute ardent
dele extincte vel sulphuris qui malo exēplo alios corrūpunt. De
q̄bꝫ Mt̄. xviij. Qui aūt scanda. vnū de pusillis istis/q̄ in me cre
dunt expedit ei vt suspendat̄ mola asinaria in collo illi⁹ ⁊ demer
gat̄ in ꝓfundū maris. ¶ Quo ad terciū p̄ncipale nōndum/gꝛ
Gre. tercio li°. dy̋alogoꝝ refert de p̄sbitero noīe sanctulo deuo
tissimo ⁊ simplici viro q̄ inter fideles longobardos vidēs dy̋aco
num q̄ndam captū/ad mortē de duci pecy̋t sibi eū dimitti/ſꝫ ne
gauerunt illi. licet alias eū venerarent̄. pecy̋t secundo vt saltem
nocte vna sibi ī custodiā traderet̄ qd̄ ānuerūt ita vt si dy̋aconus
fugeret/sanctulus moreret̄. Nocte igit̄ sanctulus in latere dy̋a
conum excitans fuge inquit oīpotens te iuuet. At ille Absit p̄r
vt te interimā. R̄ndit sanctulus fuge. michil em̄ poterint in me
nisi qd̄ deus ꝑmiserit Fugit ergo dy̋aconus/mane sanctulus ad
iudicat̄ neci/sed qnia eū tanq̄ bonū honorabant in maxima mul
titudīe longobardi ob leuiorem interitum capite plecti volebāt
⁊ insup fortissimū ad hoc viꝝ elegerūt. Sanctulus ergo ad ar
ma sua/orōem videlicet confugit inter armatos orare vt posset
obtinuit/q̄ꝫ in terra iacentē lictor pede tutundit/hortās vt cer
uicem flectendo genua paret qd̄ ⁊ sanctulus fecit/⁊ cū gladium
vidisset publice dixit sancte Johānes suscipe illam. Sicq̄ꝫ manus
carnificis electi riguerūt in alto/ vt gladium nullatenus mouere
posset. Mirant̄ longobardi Jussus vt surgeret sanctul⁹ surrexit
petitusq̄ꝫ vt carnificē sanaret/noluit nisi ꝙ cristianū nunq̄ occi
deret statim iuraret. Quo facto sanatus ē ꝑ vnicū impiū. Tunc
longobardi oues ⁊ boues ⁊ iumenta dep̄data sibi offerebāt sed
sanctus vir ea noluit Date inquit michi captiuos oēs cristianos
vt habeam quo ꝓ vobis orem sicq̄ꝫ factū est / vt cū vn⁹ se ꝓ vno
morti obtulit multos a morte liberauit.

In festo apostoloꝝ pe. ⁊ pau. ¶ Sermo. xx.

FEcit deus duo lūiaria magna lūiare maius vt p̄esset
diei ⁊ luminare minus vt p̄esset nocti. Gn̄. j. Primo
videbimus de petri ⁊ pauli conmuni conmendacōe.
Secūdo de petri speciali laudacōe. 3° de eiusdem clauium cōdicōe

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-497/0612
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG